iteratis ictibus suum continuare laborem videtur. non toties
ardore aestatis nimio cancer in sinu ejus labyrinthum suo
gradu designabit, nec ignifer leo intolerabili eum incen-
dio excitato dimicabit. Sed quidem sole clarius pluribus
declarare satago, quam sit hoc tempus ad maximam utili-
tatem omnia quaemque munia obeunda aptum sit; studiosos
consule; vel si literas primoribus saltem labiis gustasti, aut
potius te indoctissimum, et quid libri sint, (quam quod pro
studiis et iucundissimum sit aptissimumque) ignorare credam.
nam in aestate te plerumque ita tam ardentibus omnia ignibus torrent,
ut prae ardore nimio tantum non de scamno quis defluat;
vel si mitius coelum arriserit, id temporis animorum
recreatio sibi vendicat. tum vero cum sol blandiri mor-
talibus nonnunquam cessarit, subito infestissima, imbri-
um, ventorum, tempestatumque agmina irruunt,
fulgura, fulmina, ac tonitrua, suo fragore eam studiorum
commoditatem, quae magnam serenitatem animi postulant, adi-
mere solent. non hic innumeros muscarum, pulicum,
papilionum, crabronum, fucorumque excercitus adduco, qui
plura ausu saepe temerario attentant, quam possint. At
nihil simile cuiusmodi molestiarum in hyeme sese
offert, sed omnia his contraria, et opposita experieris;
in tuo musaeolo securissimus, quietus, serenus, tranquil-
lusque sedebis, nec enim sonans tonitru, aut fulmine
te percutiet. ardore non diffluis, et si intensior fuerit,
frigus quod illud temperare possit prae foribus ad tuum